Ratio quia pono quod iudex delegatus datus cum certi temporis adiectione ante receptionem
litterarum ~~qui ante non fit negligens~~ processit multum in causa antequam litteras
recipiat ut si illud tempus precedens receptionem habeat de iure quod non est dominum
sit g. i. et mens illius litere quod tempus ideo incipit c. a receptione litterarum quia
ante datarum iudex non potest procedere per c. quia diversitatem de concessione prebendarum
cum similibus sicut Item si alia opinio esset vera ego non video quare ille textus
non tacuisset tempus debere currere illo casu precise iudex incepisset procedere
si hoc posset ante litterarum receptionem sicut facit c. ut debitus cum similibus vero
intellectu ibi enim patet quod impetrans primo Rescriptum quod non dum est presentatum non
potest excipi de ipso quod secundum quod est presentatum donec ipsum primum presentetur quare hoc esset
si utrumque primum non dum presentati posset procedi non videtur si ante receptionem
primum iudex per ipsum datus procedere non potest ut quod contra quod est in effectu
non maneat impedita Sed semper habeant iudicem coram quo possent
prosequi suam iustitiam ideo ante receptionem secundum de ipso et eius potestate
excipi non potest contra secundum cum non videatur effectualiter esse antequam iudex per
ipsum datus possit procedere de pe. di. i. c. habuerunt verba de cle. non resi.
c. Relatum cum similibus ad idem facit de preben. cum teneam in principio et c. ti.
c. si proce. Sed efficatius facit c. ti. c. duobus. quod si vero ubi patet quod quando
duo quorum gratie per omnia sunt equales concurrunt in data ille prefertur qui
prius presentat litteras suas executori huiusmodi potestatem providendi et ita fuit
determinatum in Rota in expresse indubitatum est autem quod si executor non
dum presentatus litteris possit facere processus per ea que notantur ibi Jo. an. In no
vella in glo. magna quod hoc addo ad idem eodem li. de preben. c. ii.
in Rota ibi sin litteras super aliquorum provisione generali vel etiam speciales
sub quacumque verborum forma receperit et c. ti. c. si pro clericis in principio ibi mandas
litteras ut eis de beneficiis provideas etiam si animarum cura sit annexa
eisdem recipere te contingat et c. si clericus ibi a sede apostolica recepisse
mandatum et eodem modo de officio delegati c. Cum abbas ibi mandato
nostro suscepto et de rescriptis spo. c. audita et preterea satis efficaciter
facit qui bene respicit ordinem littere eod. li. de concess. preben. c. quia tunc
ubi allegat textus quo ad hoc ut per potestatem datam executoribus de providendo
auferatur ordinario providendi potestas et premittens receptionem litterarum executoris
et notificationem earum factam in c. infert quod ad hoc est necesse ut executor oste
dendo eas litteras alias non teneretur sibi credere de officio dele. cum in iure
de quo per Archidiaconum in c. Cum in pluribus de preben. super verbo no. li. vi et quod ipse
executor notificaret et etiam quod in processibus qui fiunt per executores
ut quod hoc docet practica et si quando dicerentur omni die executores inciperent in
processibus in quibus semper ponunt nomina nos litteras apostolicas cum ea que decet
tunc reverentia recepisse et breviter quantum mihi apparet omnis textus de ista materia
loquens hanc partem innuit et nullum textum recipi qui efficaciter oppositum